AUGUSTINUS
12. Jh.
Seite 64r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26123
Copyright: Admont, Benediktinerstift

esse · tu uocaberis cephas · quod interpretatur petrus · Vnde nec
illo loco ubi marcus · xii · discipulos cōmemorans · dixit appellatos
iacobum & iohem filios tonitrui · arbitrandum est nomen acce
pisse petrum · quia dixit illic · quod imposuerit ei nomen ut uo
caretur petrus · Hoc enim recolendo dixit · non quod tunc factum
est · Sequitur matheus & dicit · Tunc pcepit discipulis suis · ut
nemini dicerent · quia ipse eet ihc xpc · Ex inde cepit ihc osten
dere discipulis suis · quia oporteret eum ire ierusolimam · & multa
pati a seniorib & scribis · & cetera usq; ad illud ubi ait · n sapis ea
que dei sunt · s; ea que hominum · hec eodem ordine subnectunt
marc & lucas · s; lucas de petro quod passionem xpi contradixerit
tacet · Sequitur matheus · Tunc ihc dixit discipulis suis · Siqs
uult pme uenire abneget semetipsum · & tollat crucem suam & sequat
me · & cetera usq; ad illud ubi ait · & tunc reddet unicuiq; secdm op
suum · Hoc & marcus subiungit · eundem ordinem seruans · s; ipse
non dicit de filio hominis uenturo cum angelis suis · ut reddat
unicuiq; secdm op suum · commemorat tamen etiam illud dixisse dnm ·
qui enim me confusus fuerit & mea uerba in generatione ista
adultera & peccatrice · & filius hominis confundetur eum cum
uenerit in gloria sua cum angelis suis · quod intelligi potest ad
eandem sententiam pertinere · quia dixit matheus ut reddat unicuiq;
secdm op suum · Lucas quoq; eadem eodemq; ordine annectit ·
non multo diuerso uerborum modo · eadem tamen sententiarum ueritate
simillimus · Sequitur matheus · Amen dico uobis · sunt qdam
de hic stantib qui n gustabunt mortem · donec uideant filium
hominis in regno suo · Et p dies · vi · assumpsit ihc petrum & iacobum
& iohannem fratrem ei · & duxit illos in montem excelsum seorsum
& cetera usq; ad illud ubi ait · nemini dixerunt uisionem · donec filius
hominis a mortuis resurgat · Hec uisio dni in monte coram tb